



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony
decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis.
ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue]
docto eos digne legenti. predicanti. aut ...**

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

D[omi]nica sexta post trinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

Dñica sexta post trinitatis

terram et ecce erat vacua et nichil. **D**iere. **iiij.** Et ideo merito post hanc vitam reuertuntur in nichilum. **I**ntra illud poete. **E**t redit in nihilum quod fuit ante nihil. **E**adem em sunt principia resolutionis et compositionis. **s.** **Phisicor.** et primo de generatione. **N**am omnis res per quas causas nascitur per easdem dissoluitur. **D**e regulis iuris. **O**mnis res. **E**contrario vero erit de iustis laborantibus in luce. et de die gratie presentis quibus deus reddet mercedem laborum suorum. **S**apientie. **x.** **R**edderet aut eis fructus claros et lucidos contra obscuritatem noctis. fructus leues et delectabiles contra fatigationem laboris. et fructus plenos contra vanitatem inutilitatis. vt dicat sancti illud **Philipen.** **iiij.** **R**eformasti corpus humilitatis nostre configurationati corpori claritatis sue. **T**unc enim fulgebunt iusti sicut sol et tanquam scintille discurrunt. vt dicitur **Sapientie.** **iiij.** **N**ec mirum. quia hic fulgebant claritate fame. vt et doctrine. **U**nde merito tunc fulgebunt luce splendoris. vt dicitur **Iobie.** **xiiij.** **D**e ipis em dicitur in vita presentis et de gloriis iporum illud. **Q**uasi sol fulgens. **E**t iterum. **Q**uasi sol refulgens sic ille refulget in templo dei. **P**ropter quod ipsi merito in vita futura et beata fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. prout eis promittit dominus **Matthei.** **xiiij.** **F**ulgebunt sicut sicut sol in regno patris eorum. **H**ic per cetero dicent in gloria. **P**ortauimus pondus diei. penitentie videlicet sancte. et estus seculi tribulationum. per totam diem transiimus per ignem et aquam. et ideo eduxisti nos ad refrigerium. **U**nde quia in die laborauimus. merito multum cepimus et plenum gaudium reportauimus. **J**ohannis. **xviij.** **G**audium vestrum plenum sit quod nemo auferet a vobis. **L**uius gaudij participes nos faciat dominus noster ihesus xpus.

Dñica sexta post trinitatis. **I**
Sermo. **XCIII**

Nisi abundauerit

In iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. **Matthei.** **v.** **S**icut dicit **Henricus de vitiaria de perfectione interioris hominis libro septimo. capitulo duodecimo**

Quod lex naturalis homini in sua creatione indita. per abusum peccandi iam fuit obruta. et quasi obliuioni tradita. **I**deo necessarium fuit eam per legem scriptam posteris innouare. **Q**uia vero vt idem ait capitulo. **xiiij.** **i**bidem. **A**ntiqui patres sub lege veteri degentes. non fuerunt capaces legis euangelice. quam magister perfectus dedit. et eam in seipso perfectissime adimpleuit. in eo quod nondum poterant audire illud perfectionis consilium. **Q**ui te percussit ad vnam maxillam prebe et alteram. **Q**ui talionis lege non contenti pro vna alapa telorum vulnera mortalia rependebant. **N**ec etiam illis dici poterat. **D**iligite inimicos vestros. quibus propter sui cordis duriciam concessum fuit inimicos odire. ne amicum pariter odissent. **N**ec ille. **E**t vbi venit plenitudo temporis. postquam videlicet deus pater misit filium suum in mundum. vt dicitur **Gal.** quarto. **Q**ui veniens fecit sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. vt dicit apostolus. **I**taque huic populo tanquam ad legem perfecte iusticie bene disposito et abili. tanquam dulcis et reclusus dominus legem dedit perfectam delinquentibus in via iusticie. imperfecte scilicet legis antique. prout promiserat per prophetam **Ieremie.** **xxxij.** **D**abo legem meam in visceribus eorum. et in corde eorum scribam eam. **P**er quam quidem legem recessit de uia. complanauit aspera. lenigauit difficilia. purgauit immunda. abstulit feda. et reliquit perfecta. **E**t namque **Moy** si erat imperfecta. eo quod neminem ad perfectum adduxit. vt dicitur ad **Hebricos.** **xij.** **E**t ideo christus venit vt daret legem perfecte libertatis. **D**e qua **Iacobi** primo dicitur. **Q**ui inquit perspexerit in lege perfecte libertatis. **I**nterlinearis. **A**udiedoverbum euangelij. **E**t glosa ordinaria ibidem dicit. legem perfecte libertatis dicit gratiam euangelij. que perfecte liberos facit a seruitute timoris. **Q**ui em legem tenebant in timore seruiebant. **Q**uisque em eam transgrediebatur sine miseratione lapidabatur. **S**ed hec lex neminem ad perfectum perduxit quia et si timore cogebat seruire. non tamen dabat gratiam vt complerent amore et a penis inferni non potuit liberari. **S**ed caritas que datur in euangelio foris mittit timorem. et ducit ad vitam. **N**ec **G**losa.

Erat etiam lex illa in sua iusticia quodam modo immunda. quia perfecte mundare non poterat a pena et a culpa. in eo quod nihilominus necesse fuit suos observatores descendere ad limbum. ubi et si non fuit pena sensus. tamen erat pena damni temporalis que est gravissima. Et ideo Isaias vocat omnes iusticias veteris legis pannum menstruare. Isa. lxxv. Erat etiam quodam obliquum. Unde Iohannes veniens disponebat ad rectificandum viam domini. Dirigite inquit viam domini. rectas facite semitas dei nostri. Sed iusticia christi immaculata est lex. quia mundat virtutes. scilicet corpus et animam. Iohannis. xv. Nam vos mundi estis propter sermonem meum quem locutus sum vobis. Et in Psalmo. Lex domini immaculata. Similiter est lex recta. Ps. Iusticie domini recte. Et notanter dicit dominus. id est christi. cuius proprie est lex nova. quia per ipsum immediate data et promulgata et executata. quod de veteri lege non potest dici. Quia et si fuit auctore deo imperata et dictata. tamen non fuit per ipsum deum immediate promulgata. sed per Moysen. et executata per populum. Ioh. Let per Moysen data est. gratia vero per ipsum christum facta est. Et apostolus dicit quod Moyses si lex ordinata est per angelos in manu mediatoris. scilicet Moysi. Volens igitur dei filius ab imperfecto ad perfectum. ab immundo ad mundum. ab obliquo ad rectum trahere. venit in hunc mundum. legemque novam. legem gratie. et gratiose ac perfecte iusticie dedit et condidit. et ut eam tanto gratiosius commendaret et perfectam ostenderet per se ipsum eam docuit publicavit et promulgavit. Sed ne adhuc in aliquo deficere videatur volens amplius eius perfectionem declarare eam solus observavit et se subiecit. Lequit enim facere et docere. Actuum. i. Itaque iam recte clamat ad nos. nos docetes. Nisi abundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Sicut nec illi propter eorum imperfectum intraverunt.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amen dico vobis. Nisi abundaverit iusticia vestra. etc. In quibus verbis tangitur salvatoris nostri durissima comminatio timorem incutiens iusticiam perfectam non observantibus. Circa quod tria sunt consideranda. Primo siquidem describit christiane

iusticie copiosa perfectio. Cum dicit. Nisi abundaverit iusticia vestra. Secundo subiungitur iudaice iusticie defectio. cum dicit. plus quam scribarum et phariseorum. Tertio describit per ne formidabilis comminatio. cum dicit. non intrabitis in regnum celorum.

Dixi primo quod i verbis primis suo primo describit christiane iusticie copiosa perfectio. cum dicit. Nisi abundaverit iusticia vestra. Pro quo sciendum quod christiana iusticia et perfectio consistit in duobus. scilicet in ope et in modo operandi. Nam dicitur. Iuste quod iustum est exequaris. Ubi dicitur precipit. scilicet iusticiam facere. et iuste facere seu exequi. De primo igitur videndum est. quod sic duo sunt statim christiane religionis. scilicet platonis et subditos. Sic est duplex iusticia perfecta differenter necessaria virtutes. Platonis iusticia dicitur esse abundans supra vitam aliorum tripliciter. Primo quantum ad primum quod dicitur esse exemplum ad aliorum edificatores. Secundo quantum ad deum quod dicitur fulgere hominibus ad dei gloriam et honorem. Tertio quantum ad seipsum ut perfecte impleat predicatores suam. Quantum ad primum dicitur platonis se habere exemplariter. ut est exemplum aliorum meliorum. Et ideo comparatur salis. Matth. v. Vos estis sal terre. quod eorum exemplum subditum sicut cibum sale condunt. Quantum ad deum dicitur fulgere hominibus. Ideo comparatur luci. Ioh. v. Vos estis lux mundi. Quantum ad seipsum dicitur platonis ope quod docet ad implere. Unde docetes et non facietis minimum vocabit in regno celorum. Secunda iusticia perfecta siue sufficiens que pertinet ad omnes consistit in inchoatione. non solum operis sed etiam cognitionis. Unde christus dicit. Dicitur enim est antiquis. Non mechaberis. Ego autem dico vobis. Omnis qui videtur mulierem ad concupiscendum eam. id est. ea intentione et animo ut concupiscat eam. secundum horam. iam mechatus est eam in corde suo. Dicitur enim antiquis. Reddes dominum iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino. id est. iurare sed non oino. id est. in omni casu quod in aliquo casu iurandum est. et in aliquo non. secundum horam. Et ista erant quo ad moralia. Deinde descendit ad iudicialia. ostendens quomodo deberent se habere christiani. Dicitur enim. et non dicit antiquis sicut supra. Quia moralia sunt iuris antique legis sed naturalis ab initio impressa mentibus hominum.

¶ **Unica sexta post trinitatis**

Non sic autē de iudicialibus. Unde dicit. Audistis quia dictum est. Oculū pro oculo. dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. scilicet pene. Sed si quis percussit te ad dexteram maxillam prebe ei aliam. id est. paratus sis ad ampliora paciēter sustinenda. Et in hoc est confusio euāgelij. Audistis quia dictū est an tiquis **Leuitici. xii.** Diliges proximum tuū et odio habebis inimicum tuū. Istud vltimū non est scriptum in lege sed est traditio scribarū. Ego autem dico vobis. Dilige inimicos vestros. Tum propter deū. quia omnia dilecti diligenda sunt. nō tūm filij sed etiā canes. non tūm agri sed etiā segetes et spine et sepes. Tum propter se. quia filij sunt dei. licet infanti. quia fratres tui. licet infirmi. Ideo magis indigent diligentiā propter nos. **D.** si deus faber et ipi lima siue mallei. Unde illi remouēt rubiginem et solunt debita peccatorum. Bene facite his qui oderunt vos. Tum propter nature conformitatem. quia homines sunt. **Mat. lviij.** Carnem tuam ne despereris. Tum propter utilitatem propriā. **Chrysost.** Si bene feceris inimico tuo amplius fecisti propter diuinā imitationē. **Hieronim.** Noli negare quod deus nulli negat. et ora te pro persecutoribus tuis. scilicet propter manifestam iniuriā. Et calumniantibus vos propter apparentē iusticiā. sed tamen occulte fraudulentā. vel pro persecutoribus facta. calumniantibus verbo. Vel persecutoribus in personā calumniantibus in rebus vel fama false criminantibus. **Actū. viij.** Ne statuas illis hęc peccatū. vt sitis filij patris vestri qui in celis est. scilicet per imitationē nobilitatis paterne. Qui solem suū facit oriri super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos.

B. Secundo de modo operādi predicatam iusticiā est videndū. Est autē modus operādi christiānā iusticiā multiplex. Primo vt quicquid facit christiānū faciat simpliciter in operando. id est. intentōe debita nō ratione vane glorie. sed ratione salutis anime et honoris dei. **Mat. vi.** Attendite ne iusticiā vestrā faciatis corā hominibus vt videamini ab eis. id est. propter gloriam et fauorē mūdi. nō propter laudem dei. nō propter edificatiōem primum. Unde cum facis elemosinā noli tuba canere sicut hypocrite faciūt q̄ mercedē suā hęc receperūt. **Secun-**

do vt quicquid facit christiānū faciat prudenter in discernendo. **Mat. x.** Estote igitur prudentes sicut serpentes. Et **Mat. viij.** Attendite a falsis prophetis. Et quia innumera biles sunt circūstantie ad hoc vt aliquid fiat iuste. Ideo x̄ps reducit omnes ad vnum modū. scilicet ad debitā intentiōem dicēs. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis corā hominibus vt videamini ab eis. id est. propter gloriam et fauorē mūdi. nō propter laudem dei. nec propter edificatiōem primum. **Gal. i.** Si adhuc hominibus placere seruus x̄pi nō essem. **Uñ** sequit. Alioquin mercedē nō habebit. ap̄d patrem vestrū q̄ in celis est. cuius amore nō fecistis. Tum ergo facis elemosinam noli tuba canere ante te. id est. innotescere ne glorieris in laude tua. et forte tuba canebant cōuocando p̄plum vt omnes cōuenirent q̄si ad spectaculū quō elemosinā dabant. Sic hypocrite faciūt. **Augustin.** Hypocrita est q̄ simulat illud quod nō est. rep̄ntator alicuius persone. Et dicitur ab ypos quod est sub. et crisis aurū quasi latens sub auro. **Chrysost.** Non est deo ingrata elemosina que videt sed que ideo fit vt videat. quia tales principaliter intendūt honorē vanū et transitorij. ideo amittunt verum et eternū. Ex quibus omnibus patet perfectio iusticie legis christiane. que excellit antiquā. ymo quācūq̄ aliā legem siue humanā siue diuinā. Sicut enim dicit **Aira** in prologo super **Mattheū.** Legis est propriū vicia extirpare. mores autē actus hominū ordinare. inducere ad felicitatem. et plane et lucide tradere veritatem. Hoc autē facit lex x̄pi melius quā quecūq̄ alia lex. Ideo eius iusticia est perfectissima. Nam primo vicia per perfectissimē extirpauit. quia omnia mala prohibuit et nulla permisit. Unde in hoc leges humane sunt defectuose. quia permittunt minora mala ne veniant maiora. Sicut permittuntur meretrices in ciuitate ne veniant adulteria. **Uñ** dicit **Augustinus** de ordine. Verūtamen ista mala que bono modo punire non potest relinquitur diuino iudicio punienda. **Uñ** dicit beatus **Augustin.** in libro de libero arbitrio. Talis fuit lex **Mosayca** que permisit dare libellum repudiij ne vxores interficerentur. **Deutronomij. xxiij.** et tradere ad vsuras extraneis ne frēs p̄pos grauarēt. **Deutronomij. xxij.** Que omnia data fuerunt populo

rudi ad evitandū maiora mala. Ideo dicit saluator **Matth. xij.** Quod ad duriciam cordis eorum fuerunt permittenda. Non sic autem lex evangelica. que prohibet omnia mala. quia etiam verbum otiosum. **Matth. xij.** Si de otioso. multo magis de nocivo. Si de verbo multo magis de facto. Secundo excellit in ordinatione mox. Quia secundum philosophum. **ij. Ethicor.** Intentio legis est civem facere bonos. In hoc autem deficit lex humana. quia de secretis cordium non potest iudicare. sed tamen de exterioribus actibus. **j. Regū. xvj.** Dominus videt ea que patent deus autem intuetur cor. Similiter lex vetus in hoc fuit defectiva. propter quod antiquis doctrinis dicitur. Quia lex prohibet manum non animū. ut habet in glosa ad **Philippē. ij.** Sed hoc male intelligunt iudei. videlicet quod mala voluntas non est peccatum nisi erit in actu. ut patet per **Iosephū. xij. lib. Antiquitatu.** Et quando arguitur contra eos **Exo. xx.** ubi dicitur. Non concupiscas uxorem proximi tui. Respondent quod ibi non prohibet concupiscentia interior. sed manifesta exterior id est. signa concupiscentie non facias ut amplexus et oscula. Sed hoc est falsum. quia actus exterior non habet maliciam vel bonitatem nisi in quantum procedit ab actu interiori. quia peccatum non est nisi voluntarium. Potest tamen intelligi sic scilicet. quod lex vetus prohibet manū non animū seu concupiscentiam interiorē. videlicet in vicio mechie et avaricie tamen. Et adhuc licet prohibeat tale concupiscentiam. non tamen transgressoribus infligebat penam aliquam. Et ideo in talibus invenitur imperfectio. Lex autem evangelica prohibet generaliter concupiscentiam malam. et concupiscentibus indicit penam infligendam. Unde dicitur. **Matth. v.** Audistis quod dicitur est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit. reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et eodem modo in alijs preceptis. Et quo patet quod ista lex nova non solum ordinat actus exteriores. sed etiam interiores. Tertio excellit lex nova omnem aliam. quia perfectius ordinat homines ad felicitatem. Nam lex humana in hoc est defectiva. quia ordinat homines solum ad felicitatem politicam et terrenam. que est tranquillitas status et pacificus civitatis in ista vita. Non autem ordinat immortale. Et ideo necessaria est lex divina. que hoc facit. Verū-

tamen lex mosaica in hoc defectiva est. quia beatitudo non habetur supernaturalis nisi per gratiam. Romanorum. **vj.** Gratia dei vita eterna. Hanc gratiam lex mosaica non dabat. sed tamen ad eam disponebat. Propter hoc dicitur **Hebræor. xij.** Quod neminem ad perfectum adduxit. sed hanc a christo danda expectabat. per quam gratia et veritas facta est. **Joannis pmo.** Quarto excellit in hoc omnes leges. quia lucidius et planius veritatem ostendit. in quo deficit humana lex. que obsecrare et pollicere posita est. cum tamen in multiplicando populi plures sunt rudes et grossi et stultiles. Similiter lex mosaica. quia in velaminibus et figuris tradit veritatem de agnitione et credendis. In cuius figura **Dorscevelata facie loquebatur ad populum Exo. xxxij.** Propter quod apostolus. **1. Cor. x.** Omnia in figura contingebant illis. Sed lex evangelica in hoc est perfecta. quia omnia que in veteri testamento erant sub figuris velata in ipsa sunt per evidentiam facti manifestata. In cuius signum in passione domini quando misteria nove legis fuerunt implera veluti templi scissum est in duo media. **Luc. xxij.** Propter quod saluator **Joannis. xv.** dicit. Venit hora cum iam non in proverbis loquar vobis. sed palam de patre meo annuntiabo vobis.

Dixi secundo ^{quod subiungitur in dante} iusticie defectio. cum dicitur. plus quam scribarum et phariseorum. Est autem quadruplex generis iusticie. Prima est deficiens. secunda sufficiens. tertia abundans. et quarta supererogans. Prima scilicet deficiens fuit scribarum et phariseorum. quia fuit in ostentatione operis sine rectitudine intentionis. Omnia enim faciebant ut viderentur ab hominibus **Matth. xxij.** Secunda fuit in mundicia exteriori sine interiori. **Matth. xxv.** De vobis qui mundatis quod foris est calicem et parabsidis. intus autem pleni estis rapina. Tertia fuit in iudicio alieno relicto proprio. **Matth. vij.** Quid vides sellucam in oculo fratris tui. trabem autem in oculo tuo non consideras. Romanorum. **ij.** In quo alius iudicas reipsum condemnas. Quarta fuit in affectu et non in effectu. Quia habebant dei cognitionem et non amorem. **Luc. x. vj.** De vobis qui tulistis clavem sci-

Unica sexta post trinitatis

entia. id est. cognitiois diuine. et non introi-
tus. sed per amorem. Quinta fuit in doctrina.
que erat eis in ore et non in opere. **Parthei**
xxiiij. Super cathedras Moysi sederunt
scribe et pharisei. omnia quecumque uobis
dixerint facite. sed opera eorum nolite fa-
cere. Et sequitur. Dicunt enim et non faciunt.
Et **Parthei. cv.** Populus hic labijs me ho-
norat. cor autem eorum longe est a me. **Sexta**
fuit in supstitutione traditionum. et transgressi-
one mandatorum. **Parthei. cv.** Quare uos
transgredimini mandata dei. propter tradi-
tionem uestram. **Septima** fuit in discursu si-
ne fructu. **Parthei. xxiiij.** Ne uobis scribe qui
circumcis mare et aridam ut faciatis unum
psefuit. et cum feceritis facitis cum filiis
iebenne duplo maiorem quam uos. attrabe-
bant enim gentes ad ritum. proprium. Et cum
attrahi fuerant propter eorum mala exempla
que uiderunt. iterum ad gentilitatem reuer-
tebantur. et ita preuaricabant legem. et sic
grauius peccabant quam prius. **fm Hieroni-**
mum. Istis autem sunt similes aliqui clau-
strales. qui libenter attrahunt paruulos
ad religionem. qui postea malis eorum exem-
plis scandalisati. fiunt magni nequam. **Lon-**
tra quos dicit **Hieronimus.** Non eo studio
seruamus que sita quo querimus. **Octaua** fuit
iusticia eorum in alligando et non portado.
Parthei. xxiiij. Alligant enim alij onera
grauia et importabilia. **Soli** autem ea di-
gito mouere nolunt. **Contra** prelatos et p-
dicatores ac confessores multa de abstine-
tia et continentia et de alijs uirtutibus pre-
dicantes. soli autem uoluptuose et incon-
tinenter uiuentes. **Non** fuit iusticia eorum
in presumptione cordis. **Sicut** patet de
illo misero phariseo qui iactando se de
bonis presumptuose dicebat. **Ieiuno** bis
in sabbaro. **Luce. xxiij.** **Decima** fuit iusti-
cia eorum in exercitatione corporis et non
pietatis. quia multa paciebantur sed non
et pietate. id est. non bona intentione. **Pa-**
rthei. x. Quare nos et pharisei ieiunamus
discipuli autem tui non ieiunant. **Per** hec
ergo decem uana et superstitiosa ipso-
rum opera transgrediebatur dei mandata. **Et**
ideo iusticia eorum erat imperfecta. et per
consequens defectuosa. **Secunda** iusticia
est sufficiens. et est impletio mandatorum
decalogi in charitate. non ficta. quantum
ad actus exteriores. sicut fuit in ueteri le-

ge. **Patribus** sufficiebat decalogus imple-
tus et charitate per actus exteriores. per
quod sufficienter euadebant pena damnati-
onis inferni perpetui. licet quo ad ingres-
sum regni non erat sufficiens et se. quia ia-
nuam non dum fuit aperta. **Similiter** gratia
dei cum innocetia uite est sufficiens iusticia.
Tertia iusticia est superabundans. **Que**
habet fieri pluribus modis. **Primo** ut si-
at ex charitate. ut iam dictum est. et sic ad
eam omnes tenentur **fm Chrysostomum.**
Secundo ut impleatur. non solum actu
exteriori sed etiam interiori. et ut cohibea-
tur non solum manus sed etiam animus.
Sic ad eam omnes tenentur **scdm Augu-**
stinum. **Tertio** ut non solum impleatur cor-
poraliter. sed etiam spiritualiter intellecta.
Unde non solum debet christianus non
adorare deum alienum faciendo ydolum.
et offerendo ei. vel flectendo coram eo. sed
etiam non debet amore indebito ad here-
re creature cuiusque. ut in ea finaliter sistat.
quia hoc est ydolatria spiritualis. **Unde**
non solum non debet assumere nome dei
in uanum. sed etiam nec dicere uerbum ocio-
sum debet. **Item** non solum non debet la-
borare in die solenni corporaliter. sed etiam
abstinere ab omni inquietudine mentis.
que contemplationem eius turbare pos-
set. **Item** non solum debet honorare pa-
rentes corporales. sed etiam spirituales.
Item non solum non debet occidere. sed nec
irasci. nec maledicere. nec contumeliam in-
ferre. **Item** non solum non debet mechari.
sed nec concupiscere uxorem proximi. **Item**
non solum non debet furari res. proximi. sed nec
concupiscere. **Item** non solum falsum te-
stimonium non dicere. sed nec uerum sub-
trahere nec celare. **Quarta** iusticia est super-
erogans. sicut diligere inimicos. orare pro
eis. **Et** hec est perfectiorum. ut dicit **glo. Lu-**
ce. sexto. super illud **Diligite inimicos ue-**
stros. licet in certo casu. etiam sit preceptum
omnibus. sed ut nullis noceamus nec op-
temus malum per se. et eis beneficiamus
quo ad bona spiritualia. et in articulo ne-
cessitatis bona temporalia ministremus
etiam inimicis. alias preter istos casus non
est preceptum sed consilium. et hoc est de
inimicis persone. quia de inimicis ecclesie
nec est preceptum nec consilium ecclesie. **Et**
tantum de secundo.

de precepto et consilio magister

Dixi tertio q̄ in verbis p̄mis-
 sis tangit pene formidabilis comminatio
 cum dicit. Non intrabitis in regnū celoꝝ.
 Circa quod sciendū fm̄ Dionisiū ca. iij.
 de celesti hierarchia. Noua lex est media
 ter veterem et celestē. quod patet. q̄a in ce-
 lo dabunt aperte bona eterna. In veteri
 autē solū promittebant occulte. ad Hebre.
 i. Ambram habens lex futuroꝝ bonoꝝ.
 Ideo necesse fuit ponere vitam gr̄e in qua
 lex p̄mittit celestia aperte. Sicut ergo lex
 vetus promittebat suis obseruatoribz te-
 poralia manifeste. vt patet Deutro. vii. vbi
 dicit. Custodi ergo p̄cepta et ceremoni-
 as atq; iudicia que ego p̄cipio tibi. Et seq̄-
 tur. Benedicet deus fructui ventris tui. ⁊
 fructui terre tue et frumento tuo atq; vin-
 demic oleo et armentis gregibus ouium
 tuarum super terram. Vbi apparet bene-
 dictio reposita in bonis terre. Sic econ-
 uerso transgressoribz p̄ceptorū eadē lex
 maledictionem temporale p̄dicebat Si-
 cut patet Deutronomi. xxiij. vbi dicitur
 Q̄ si nolueris audire vocem domini dei
 tui. vt custodias om̄ia mandata eius. ma-
 ledictus eris in ciuitate. et in agro. et male-
 dictum horreū tuum. et maledicte reliquie
 tue. maledictus fructus ventris tui. ⁊ fru-
 ctus terre tue. et sic de alijs. que oīa sonant
 penam temporalem. Quia vero lex noua
 promittit suis operarijs vitam eternā pro
 mercede Mathei. xix. Si vis ad vitā in-
 gredi serua mandata dei. Igitur econuer-
 so suis transgressoribus cōminatur repul-
 sam ab eadez. vt patet hic. Non intrabitis
 in regnū celoꝝ. Et quibus patz q̄ sicut
 iusticie legis christi obseruatiōis est maxi-
 mus fructus. sic et transgressionis est ma-
 ximū damnū. Sed quia deo p̄picio in-
 tendimus euitare damnū et consequi fru-
 ctum. Ideo breuiter videndū est de eius
 fructu. Est autem eius fructus tam in vita
 presenti q̄ in vita futura. Nam ipsa iusti-
 cia est munimentū p̄liantis. instrumen-
 tum iudicantis. et ornamentū triumphan-
 tis. De primo q̄ iusticia est munimentum
 p̄liantis. Comparatur eū lorice. Iuxta
 illud Ephef. quinto. Sate induti lorica.
 Est em lorica genus armorū defensiuoꝝ
 et inuasuoꝝ. et disponit hominē ad susti-
 nendum inuasiones alioꝝ sine lesione

vulnerum. Isto modo iusticia munit bo-
 minem inter persecutiones. ita vt nichil ei
 noccant si iusticiam habeat. Mathei. v.
 Beati qui persecutionē paciuntur propter
 iusticiam. Et p̄ma Petri. iij. Et quis est q̄
 vobis noceat si boni emulatoꝝ fueritis.
 Ista lorica debet indui homo vt om̄e op̄-
 sum iusticia reguletur. Iusticiam hic in-
 tellige virtutem generalem ad om̄e opus
 bonum. fm̄ Chrylōstomū. Unde sicut lo-
 rice arma valent ad caput. brachia. manus
 et corpus. ita iusticia ad om̄es virtutes.
 Unde de viro iusto dicitur. Indutus ius-
 ticia vt lorica. et galca salutis in capite eū
 Isaic quinquagesimo nono. Hinc Gregori-
 us. xix. Moralium. capitulo. xij. exponens
 illud Job. xxiij. Indutus sum iusticia et
 vestim me sicut indumento. Dicit sic. Ille
 iusticia sicut indumento vestitur. qui se vt
 diq; bono opere protegit. et nullam partē
 actionis sue peccato nudam relinq̄. Ser-
 uando iusticia est instrumentū iudicantis
 Unde comparat regule seu mensure. vel
 linee qua regulatur opus. Sine enim ius-
 ticia nullus bene iudicat. nec disponit.
 Lathomus qui cedit in prompto. scilicet regu-
 lam et martellum. Cū martello percutit ⁊
 cum regula dirigit et examinat plantam
 Ita bonus iudex vel p̄clarus duo debet
 habere in manibz. Pallium ad corrigē-
 dum delicta. et regulam legis et iusticie ne
 fiat excessus in vindicta. Ita. vicissim oꝝ-
 tauo. Pona iudiciū in pondere. et iusticiā
 in mensura. Unde Augustinus de doctri-
 na christiana. Peruerse plus amas mor-
 tem q̄ viuere. amas tunicam tuā quia do-
 na est. villam quia bona est. filium tuū q̄
 bonus est. domū tuam q̄ bona est. bonā
 vis habere mortem. et tamen non vis ha-
 bere bonam vitam. Plus amas mortem
 tuam q̄ vitam. Dale mori times. et ma-
 le viuere non times. Corrige male viuere.
 time male viuere. sed noli timere. quia nō
 potest male mori q̄ bene vixerit. Dec. Au-
 gustinus. Ecce quantum valer iusta vita.
 Tertio iusticia est ornamentū triumphan-
 tis. Unde cōparatur corone in ludis ago-
 niarum. Sicut in palestra vel cursu bra-
 uium proponitur in fine stadij. et illud est
 p̄miū certantis. Sicut rāḡ ap̄tōstolus
 i. Corin. ii. Stadium in quo certamus

Unica sexta post trinitatis

et currimus est via presens. cuius terminus est mors. In isto termino reponitur merces nostra finalis iusticia. **Ecc. q. rto.** Usq. ad mortem certare pro iusticia. **Sz** certe contingit quibusdam in currendo q. deficiunt in via a triumpho. Sicut contingit Achilite h. gini. De qua narrat **Quidius. r.** **De**thamo:phoseos prope finem. que tante agilitatis extitit in currendo. q. pullo vivente vinci potuit. nec aliquem virum dignabatur accipere nisi qui eam cursu vicisset. Et simul cum hoc fuit tante venustatis et pulcritudinis. q. ab omnibus nobilibus hominibus amabatur. **Lurrunt** multi omnes nuptias affectantes. sed deficiunt omnes et capitibus plectuntur. **Tandem** iuvenis quidam yppomeneus inforatus a venere nuptias Achilite offert se certari. **Qui** venus tria aurea poma dederat ut ea intra stadiu proiceret. et sic a cursu suo faceret virginem retardare. currunt agillime hinc et inde. **Incipit** yppomeneus fangari proicit pomum aureum. **Illa** videns pomum diuertit se a stadio. et ille eam preterit et precucurrit. **Illa** deviationem velocitate compensans celeriter eum attingit. **Ile** proicit secundu pomum. de quo consimiliter illa fecit. tandem cum prope esset metam fortiter proicit tertium. et loquutus a stadio q. prius. **Illa** cupiditate illa lecta cucurrit etiam ad pomum. et interim yppomeneus terram contigit et metam. et sic de virgine triumphavit. **Sic** in cursu vite presentis anime nostre tanq. pulchre virgini ad ymagines dei create. cursor dyabolus. qui non potest eam virtute et velocitate vincere. vincit eam arte. proiciens tria poma. scilicet lascivie iuvenibus. superbie viris. avaricie senibus. **Et** si continet q. quis non capiatur duobus pomis primis. difficile tamen evadit tertiu. et sic a triumpho retardabit. **Ideo** necesse est ab istis pomis abstinere. **Juxta** illud. **s. Loz.** nono. **Omnis** qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. **Ecclesiastici. xv.** **Qui** continens est iusticie apprehendet ea. **Sic** certavit **Paulus. ij. Thimo. quarto.** **Bo-**num certamen certavi. cursus consumaui. **Ideo** de reliquo reposita est mihi corona iusticie. **Que** est quadruplex. Nam iusticia coronat corona de spina. corona de oliva. corona laurea. et corona aurea. Corona

spinea datur peccatoribus propter remotum conscientie et peccato. **Isaie. xxij.** **Lo-**ronans coronabit te dominus tribulatione. **Narrat** **Plinius** in historijs libro vltimo. **Q.** corona qua coronabatur cesar romae olim fuit spinea. **In** signum q. difficile est in honore esse sine punctione. **Secundam** coronam dat de oliva penitentibus. quibus iusticia imponit opera pietatis et elemosyne. **Danielis** quarto. **Peccata** tua elemosinis redime. **Narrat** **Valerius** libro. ij. capitulo pmo. de institutis Atheniensium. **Q.** Athenienses primo coronaverunt perichilem de duobus ramis olive contextis adinvicem. **Et** postea statuerunt q. quilibet bonus civis sic coronaretur. **Et** nos sumus civis ecclesie. **Aphef. ij.** **Estis** cives sanctorum et domestici dei. **Hij** debent coronari operibus pietatis. **Thimo. q. rto.** **Pietas** ad omnia valet. **Ecclesiastici. xxxij.** **Dynametu** gratie accipias coronam. **Tertiam** coronam dat lauream iusticia viris perfectis. et coronam sapientie. qua virtuose se gerant in aduersitatibus et vincant vndiq. **Narrat** **Suetonius** de vita duodecim cesarum. q. supra modum expavit tonitrua. **Unde** semper gestabat coronam de lauro. quia illa arbor prohibet fulmina. **Sic** nos portemus coronam sapientie et iusticie. ne feriamur fulmine diuine sententie. **Luce. xxij.** **Sicut** fulgur choruscans de sub celo in ea que sub celo sunt fulget. **Ita** erit aduersus filij hominis in die suo. **Ecclesiastici pmo.** **Corona** sapientie timor domini. **Quartam** coronam dabit iusticia auream in vita futura. videlicet coronam glorie. **Ecclesiastici. cly.** **Corona** aurea super mitram eius **Isaie. xxxij.** **In** die illa erit dominus corona glorie et tertium exultationis residuo populi sui. **Qua** nobis concedere dignetur pater et filius et spiritus sanctus. Amen.

